





CUM
JUVENIS
 NOBILISSIMUS, CLARISSIMUS,
 DOCTISSIMUSQUE
GEORG. GOTTLOB.
RICHTERUS

SCHNEEBERGA - MISNICUS,

VI. Idus Febr. A. O. R. MDCCLXIV.

IN ILLUSTRIS LIPSIENSIS

ACADEMIA

PUBLICÆ LAURO ORNARETUR PHILOSOPHICÆ,

RAPTIM

APPLAUDEBAT

M. JO. GEORGIUS BIRCKHANIUS;
 RECTOR SCHOLÆ PLAVIENSIS.

L I P S I Æ.

LITERIS JO. CASP. MULLERI.



Um tristes voluunt studio mea pe-
tora curas,
Principis ob mortem, quæ pro-
perata fuit,
Suavis amice, tuis manibus mihi
litera fertur
Scripta meis votis conueniens referens.
Ast citius, vellem, venisset amore referta,
Quem mihi confirmat mens animusque tuus.
Sero tamen veniens quæ jure reposcis, amice,
Exprimit haud multis deproperanda Tibi,
Lætor & exulto tua prospera fata revolvens,
Quæ Tibi concessit, qui regit astra potens
Ingenio pulcher, magnoque parente oreatus
Jam juvenis magnum nomen & omen habes.
Judicium poteras de rebus ferre venustis,
Ad quas non alii tam patet usque via.
Cum studio doctos dum voluis rite libellos,
Verum etiam judex jure vocare bonus,
Dum Chiron aderam quondam Tibi fidus Achilli,
Jam tua credebam nomina magna fore.
Sicut apes verno decerpunt tempore flores,
Atque fauos complent melle subinde suos:

Sicut grana suis cellis formica recondit,
Venturæ prudens, quæ venit olim hyemis.
Æquali quoque Te sic mente recondere vidi,
Quæ Tibi cum laudem tum bona quæque ferent.
Non Tibi, Romulidæ quod dignum laude reseruant,
Ac doctum Latii ferre solet studium :
Non Tibi, quod Grajis fuerat laudabile nomen,
Quos quondam fructus Attica terra tulit :
Non Tibi tantum istud felici mente repositum
Judicium format, fert animumque bonum ;
Sed simul ex adyto concluso fumere gestis,
Ac ea, quæ paucis cognita, nosse cupis.
Hinc quo divinas reddunt oracula fortes,
Donatur studio sermo tuo facilis.
Nec Syrus abstrusus, Tibi nec Chaldæus amœnus
Sacra sua invidia conticuisse potest.
Quidquid enim latus terrarum possidet orbis,
Hoc auida cuncto tempore mente capis.
Lipsia sic tinctum, queis artibus omne paratur,
Accipit alma bonæ & mentis amanda parens,
Accipit, & cupido cordi superaddit aceruum
Perfectura tuum pectus vbique bonum.
Oscula & accepto gnato Tibi figit Apollo,
Ulnis complexo talia verba facit :
Tu mihi jam notus magnoque pioque parente
Gnatus eris carus, cui bona quæque feram.
En Tibi, quæ toto frustra conquiris in orbe,
Hic Tibi perpaucis explicuisse placet.
Accipe, nil tectum, cupido nil clausum habeatur,
Accipe, quæ pando commoda magna Tibi.

Accipis excelfos Phœbi tacturus honores :
 Immensum & Numen cernis adesse Tibi,
 Abstrusi quidquid potuit seruare Stagira
 Natus, id omne Tibi rite labore patet.
 Cœcropii resonat præclarum dogma Platonis :
 Omnia tu cantas mente sagace bona.
 Atque venenosa quem dira cupido Cicuta.
 Innocuum tollit, pectora recta parat.
 Quidquid & immensus Sophies complectitur orbis,
 Ad Tibi præfixum tendit, amice, scopum.
 Ergo tuis surgit conatibus augur Apollo,
 Dicens : jam tandem præmia digna feras.
 Præmia digna feras : Laurus tua tempora cingat,
 Quæ frondosa Tibi nomina certa ferat.
 Hacce Machaoniam celebrabis, docte, cateruam,
 Altera te quondam & summa corona manet.
 Grator ego faustum, Tibi qui contingit, honorem,
 Prosperet altipotens omnia vota, precor!



78 M 496

ULB Halle 3
001 618 148



TA-506

KONP

017





CUM

JUVENIS

NOBILISSIMUS, CLARISSIMUS,
DOCTISSIMUSQUE

GEORG. GOTTLOB.
RICHTERUS

SCHN

ISNICUS,
CCXIV.

A

ENSI

MIA

PUBLICE L

PHILOSOPHICA,

M. JO. C

CKHANIUS;
IENSIS.

LIT

ULLERI

